

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die vndecima Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Martij 11.

N A T A L E S

multum est honoratus, etiam à longè dissitis. In registris
locus nominatur Fenacum sancti Martini. Subest autem
archipresbytero Thenarem in montibus.

ā Galli nominant hoc oppidum Thiel-es-mons.

Die vndeциma Martij.

D e s a n c t o V i n d i c i a n o , e p i s c . C a m e r a c e n s i .

E x h i s t o r i a m a n u - s c r i p t a ; & C h r o n i c i s A t r e b a t u m .

IN pago Atrebatii, depositio sanctissimi VINDICIANI, episcopi & confessoris. Qui plenam suam multitudinis numerosæ creberrimis prædicationibus conuertit, ad exsequendam normam vitæ melioris. Ecclesiam Dei genitricis Atrebatensem, ex rebus proprijs, vna etiam cum rege Theodosio, augmentauit villis, ecclesiis, terris, molendinis, alijsque subsidijs. In villa Hunoburt, sedis Cameracensis, cum pretiosissimo martyre Lamberto, monasterium consecrauit, ad laudem Dei & venerationem sancti Petri, ibique clericos & sanctimoniales constituit. Migravit ad Christum in Brosella (pro quo aliqui codices habent Bruxella) suæ diœcesis territorio, & sepeliri elegit in Monte sancti Eligij, eo quod beatus Eligius, cui familiari usu dilectionis inhaeserat, ibi habitationis suæ fecerat diuersorum. Est autem dictus mons abbatia, sesquihoræ spatio ab Atrebato, in qua eleuatus est per Fulbertum decimum quintum in episcopio successorem. Archidiaconum autem eius, ut ferunt, Honoratum, iuxta quiescentem, intactum reliquit. Quare eo omisso, in Martyrologio Eligiano legitur Nonis Iulij. Eodem die translatio sanctissimi patris nostri Vindiciani.

a. Cre-

a Credibile est eundem locum designari. Nam variè scribitur nomen huius loci, quondam pagi, qui adhuc hodie vocatur Oudtbrussel, habens ecclesiam parochialem sub invocatione sancti Egidij, proximam portæ oppidi in eo pago quondam ædificari; cui nomen die stadt van Brussel. quæ est vera eius orthographia. Nomen portæ est die Oudt-Brusselsche port.

Die duodecima Martij.

Dionysij Carthusiani memoria.

Ex Theodorico Stratenensi.

IN festo die sancti Gregorij pontificis, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, obiit Dionysius de Leew, natus in Richel, vico Hasbaniae, qui eruditio, sanctitate, & reuelationibus claruit in Cartusia Ruramundensi. Cuius vitam scriptit Theodoricus Loer à Stratis, ad Ioannem Houghton, martyrem Londinensem.

Colonia anno 1532.

Die decima-sexta Martij.

1º De sancta Eusebia, virg. Hamaticensi.

Ex libris de vita Rictrudis, & prolium. Qui sunt Marcianis.

Marcianis, depositio sanctæ Eusebæ virginis. Quæ secundum nominis sui interpretationem, bona Dei cultrix, præpotentes habuit parentes, nobilitate & sanctitate claros, Adalbaldum & Rictrudem: eamque ex sacro fonte suscepit Nanthildis Dagoberti regis vxor: quæ etiam regali munificentia contulit villam Verniacum, & vinum quod ad usus Marcianensium inde adducitur. Qua de causa anniversarium

G

Dagoberti